Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Insipiens videns xpm
humana carne tectum et in humilitate dicit
non solum ore sed etiam corde non est hic
homo deus nec qui predictus est appetitus
Et ideo dicerunt quia corrupti sunt dum a scripturarum
sanctitate recedens in sensu probati sunt inutiles abhomina
biles 1 deiecti et despicabiles in oculis domini in cogitatio
nibus suis non est qui faciat bonum meritorium nisi qui
peruenerit fide et caritate usque ad xpm de quorum numero
fuerunt omnes sancti noui et veteris testamenti
Et hoc verum e quoniam deus pater de altitudine sue
diuinitatis prospexit super iudeos perquisitum hominum
rationabilium filios ut videri faceret si aliquis forte diui
nitatem filii in assumpta humanitate latentem vera fide
cognoscere et bona operatione requireret
Quales autem reperit ondit dicens omnes in maiores
quam minores declinauerunt a rectitudine iustitiae originalis
totum enim genus humanum obnoxium fuit peccato
originali qui omnes simul in primis parentibus peccato
infecti inutiles facti sunt 1 non valentes consequi vitam
eternam ad quam participandam factus erat homo nec
vnus repertus est qui faciat bonum meritorum superne
beatitudinis nec etiam vnus inter filios hominum re
pertus est
Vere inutiles facti sunt quoniam sepulchrum est pa
tens guttur eorum fetidos odores exalans verba eorum
fetida sunt et pestifera corruptiua bonorum meorum et
ne soli percant linguis suis dolose agebant quia sub spe
bonii habent consilia dolosa dogmata labiorum suorum